

gus venio, sed eorum quæ dedi dicturus  
 rationem: Primum quidem est: Roma-  
 nos bello clarissimos & optimos morta-  
 lium viros, grandi & insperato benefi-  
 cio astrictos, ex inimicitiis ad amicitias  
 attrahere & vobis ac posteris vestris, tam  
 validæ gentis præsidium promereri. Quo  
 nam enim modo, unquam odisse pote-  
 runt, aut eos, aut sobolem, per quos se  
 meminerint vitæ ac libertati redditos?  
 hoc de vobis displicet. Secundum reor,  
 uti præsenti fortuna, & gentem inimi-  
 cam extirpare radicus: sic enim in lon-  
 gum, non tantum nobis consulitis, sed  
 his qui ex vobis etiam nascentur. Ter-  
 tium sanè quod ex me petitis, consilium  
 nullum est. Nam quos, inquit, in mani-  
 bus habetis dimittere contumeliis affe-  
 ctos, ea demum sententia est, quæ nec  
 hostem tollit, nec amicos parat. O sapien-  
 tem senem, & singula prouidentem, ve-  
 runtamen cæcus & insolens victoris ani-  
 mus, utroque consilio despecto, tertium  
 quod ille damnauerat amplexus, exer-  
 citum ac Consules exarmatos, & sub iu-  
 gum actos relaxauit. Quod cum annun-  
 ciatum esset Herennio, ut audiuit, eos  
 mœstissimos deiecit frontibus abire, nec  
 amit